Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Hieronymus ait. Multo illa deformior est superbia que sub quibusdam humilitatis signis latet. sicut sepenumero contingit. vt glorieris q̃ de peccato superbie egeris penitentiam. O infelix anima. vt de occiso inimico suscites hostem. superbiam abijciendo glorieris. mactando superbiam efficiaris superba. Quid hoc pernitiosius. quid infelicius. quid periculosius. Nempe virus hoc naturã habet viperarum. propterea summo studio annitendum est. vt hoc genus nostris e mentibus penitus euellamus. Laueam igitur extolli de bonis operib⁹ fratres. ne deijciamur. Quisquis enim in eo quod bene agit intumescit. eo ipso tramite quo proficit cadit. Et porro quanto magis videt profecisse. tanto plus deficit. ⁊ quãto magis ascendisse creditur. tanto periculosi⁹ ac velocius pro sui ponderositate descendit. Hinc Cassiodorus dixit. Sathanas elatus cecidit humilis homo subleuatus ascendit. Hinc Gregorius pontifex maximus in moralibus ait. Omnis superbia eo ipso in imo iacet. quo in alto se erigit. vt inde magis supposita cunctis sit. vnde cũctis appetit superesse. Hinc Bernardus fassus ẽ. Superbia de supernis celestib⁹ ad ima precipitat. humilitas ab imis ad alta leuat. Angelus e celo ad tartara corruit. hõ e mundo ad celum ascendit. Et Ego in cõmentarijs inquit. Vis quippe superbia tanto in imo est. quanto in alto se erigit. tãtoq̃ profundius labitur. quanto excelsi⁹ eleuatur.

Textus decimusterti⁹ Augustin⁹

SEquitur alia quippe quecũq̃ iniquitas in malis operibus exercet vt fiant superbia etiã bonis operibus insidiat vt pereant.

Cõmentũ decimũtertiũ Ambrosius

d

VT feruẽtiores sint ad suscipiẽda documenta. q̃ de euitãda sꝰbia tradidit ei⁹ detestationem. ⁊ malignitatem adiecit. aperiens ipsam cunctis iniquitatib⁹. cũctis vitijs ⁊ peccatis profecto esse nequiorẽ. qm̃ quecunq̃ alia iniquitas. quodcunq̃ delictũ sit. quippe illud exercet in malis operibus. vt fiant. hoc ẽ. vt illa perpetrent ⁊ sequant mala. Superbia ꝓ no solũ perpetrare mala intendit. sed etiã bonis insidiat operib⁹ vt pereãt. Et ideo in libro de natura ⁊ grã inquit. omnia vicia in malefactis tm̃modo valent. sola superbia etiã in recte factis est cauenda. in quib⁹ pede celeriore supuenit ⁊ obrepit. Cetera vitia similes sunt leoni. qui apte irascit. Superbia draconi. qui occulte insidiat. Et q̃to difficili⁹ est occultas euitare insidias. q̃ impet⁹ fugere manifestos tanto ceteris vitijs ⁊ nequior ⁊ periculosior ẽ superbia. Hinc duplicem finẽ esse superbie agnoscito mala vtpote vniuersa cõmittere. ⁊ bõa omnia tollere quo fit. vt recte scriptũ sit. initium oĩs peccati esse superbiã. Perinde precellentissimus doctor Augustin⁹ in sermone de nõ alte sapiẽdo inquit. Superbia mater est ⁊ caput oĩm vitiorꝝ. ab ea enim descẽdit inanis gloria. inuidia. ira. tristicia auaricia. voluptas carnis. in q̃ ꝓtinet gula atq̃ luxuria. Ascẽdit quis fratres mei ad sapientiã hui⁹ mundi. ⁊ dum considerat honores sibi a discipul' exhibitos. extendit alas suas vsq̃ ad terminos orbis terre. ⁊ de se presumẽs gloriat. ⁊ superbiẽdo ac presumendo. mox iamis gloria pstmentẽ aggredit. dum ab alijs querit gloriosus videri. Et dum sic q̃rit. a quibusdam cõsideratur ⁊ videt se despici dicentibus. nõ est q̃d a multis credit. plures nã q̃ sunt eo acutiores. plures eo meliores esse nõ dubitam⁹. Inflatus ꝓ no ille. qui se oĩa putat scire vel singula possidere. videns quosdã altiores se. mox eum inuidia aggredit. cui⁹ vestigium ira imitat. et non valens irã ope perficere tristat. ⁊ cõsolationẽ querẽs tristicie ab auaricia tangit. vt habeat vt transcendere valeat oẽs Sed ecce cum diuitias ꝗgregauerit. statim in gule ⁊ luxurie foueam cadit. Et eo pacto cunctorꝝ malorꝝ radix. ⁊ regina est omniũ vitiorꝝ superbia. Quid plura ceteris vitijs creature offendunt. sꝰbia ꝓ suũ iaculum in deum imediate enitra est emittere. dicente Augustino in cõmentarijs psalmorꝝ. Quid sꝰbie malicia deteri⁹ que nec deum habere ꝓpositum. Nec velut omniũ peccatorꝝ imperatrix. prima est in delinquẽdo. vltima remanet in cõ-